

~~4484.~~

03-^57

# MÉMOIRES

DE

L'ACADÉMIE IMPÉRIALE DES SCIENCES DE ST.-PÉTERSBOURG, VII<sup>e</sup> SÉRIE,  
TOME XVI, N<sup>o</sup> 9.

## RHODODENDREAE

## ASIAE ORIENTALIS.

SCRIPSIT

TABULISQUE 4 LAPIDI INCISIS ILLUSTRAVIT

C. J. Maximowicz,  
socius Academiae.

*Lu le 30 Juin 1870.*



ST.-PÉTERSBOURG, 1870.

Commissionnaires de l'Académie Impériale des sciences:

à St.-Petersbourg: MM. Eggers et C<sup>ie</sup>, H. Schmitzdorff, J. Issakoff et A. Tscherkessoff;  
à Riga: M. N. Kymmel;  
à Odessa: A. E. Kechribardshi;  
à Leipzig: M. Léopold Voss.

Prix: 80 Kop. = 27 Ngr.

N 5910.

Hab. in *China australiori*, loco speciali non adnotato (Seniavin plura specimina florentia collegit, in herb. Fisch. servata).

Videtur *Rh. Championae* Hook. ita fere affine ut *Rh. indicum* L. *Rh. ledifolio* Don., foliorum forma, reticulatione et magnitudine, tegmentis glutinosis, corollae conformatione simile, pube non glandulosa densissima, floribus triplo minoribus, staminibus 5 exsertis, calyce brevissimo bene diversum. — Capsula adhuc ignota. Stigma 5-lobum.

Tab. 3. fig. 21. Specimen florens magnitudine naturali. 22. Pedunculus cum calyce, ovario et stylo. 23. Stamen, magnitudine ter auctum, ut praecedens. 24. Gemma terminalis, demtis foliis fulcien-  
tibus, magnitudine naturali, ex alio specimine.

**19. *Rh. Oldhami* n. sp. (*Tsusia*)** totum setis longis mollissimis atque pube tenera breviori glandulosa badio-villosissimum, sempervirens; ramis elongatis debilibus a basi dense foliosis; foliis membranaceis breve petiolatis late ellipticis vel ovato-ellipticis utrinque acutis apice mucrone longiusculo glanduloso apiculatis, utrinque indistincte sub-5-costatis; floribus terminalibus subternis cum innovationibus ortis; pedunculo calycem 5-partitum laciniis lanceolatis longissime acuminatis aequante; corollae infundibuliformi-campanulatae tubo calycem vix superante; staminibus 10 corollam subaequantibus; antheris...; ovario glanduloso-setoso.

Hab. in insula *Formosa*, prope *Tamsuy* (Oldham! 1864. № 212, subdef.).

Affine tantum *Rh. ledifolio* Don., sed pubescentia, ramis longissimis debilibus foliosis foliorumque forma diversissimum. — *Rh. Championae* Hook. abhorret pube rigida uniformi breviori parcere, foliis coriaceis reticulatis, forma alienis, calyce, tegmentis viscosissimis.

Rami ultra pedales, novelli hirsutissimi. Folia  $2\frac{1}{2}''$  :  $1\frac{1}{4}''$ , petiolo 3-lineali, mucrone apicali 1 mill. longo. Corolla circa  $1\frac{1}{2}$  pollicem longa, ex sicco, uti videtur, coccinea vel purpurea, lobis ovalibus. Antherae desunt, floresque male exsiccati et conservati, ita ut ampliora non suppetant.

**20. *Rh. linearifolium* Sieb.!** et Zucc. Flor. Jap. fam. nat. II. p. 131. in Abh. Bayr. Akad. IV. Abth. III. — Miq. Prol. p. 97. — *Azalea linearifolia* Hook. in bot. mag. t. 5769. (nimis decora). Humile, sempervirens, verticillato-ramosum, totum pube rufa setosa hirsutissimum, ad pedunculos calycesque glanduloso-pilosum; foliis apice ramorum aggregatis petiolatis linearibus utrinque longe acuminatis acutissimis, indistincte brevissime utrinque sub-10-costatis; tegmentis subulatis cito caducis; floribus 1—3; pedunculo calycem 5-partitum laciniis linearisubulatis erectis aequante; corollae ad basin 5-partitae laciniis lineari-lanceolatis longe acuminatis patenti-recurvis calycem duplo superantibus; staminibus 5 stylo longioribus corollam vix aequantibus; ovario hispidissimo; capsula...

Hab. in *Japoniae* (Siebold! flor.) ins. *Nippon* borealis provincia *Sendai*, in alpibus, unde Yedo introductum et raritatis causa cultum (sterile, et autumnio iterum florens habui), nec non *Kiusiu* prov. *Simabarae* vulcano *Wunzen*, undè Miaco et Nagasaki, nunc etiam